

1510. u. 22. Septembri.

767.

Sigism: 1. Rex Polonia Castellano
Cracoviensi Sbitono de Jarostaw:

202

Agritudo oculorum Sinceritatis Tue permolesta
nobis est, itaque animus Eidem Tue Sincerit,
ut propter curandam valetudinem Suam a Conven=
tu Prosseniensi futuro abesse possit, sed ita ut ad
Conventum nova Civitas Kovexyn omnino veni=
at. Nam in illo non parva ad Rempublicam
pertinentia tractabuntur. Legatum Apostolicum
iam expedivimus informatusque est, ac edoctus a
nobis in negotijs Regni et maxime in his, que
pertinent ad infideles, tum etiam in re Pruthe=
mica, et sine dubio rebus Nris apud Sedem apo=
stolicam favorebit.

Quid fiat de nostris in Lodolia Deus scit, Spe=
ramus tamen in Domino, quod feliciter eis suc=
cedet. — 22. Septembris. 1510.

